

Haase.

D 1976









ST. EPHRAEMI SYRI THEOLOGIA

QUANTUM

EX LIBRIS POETICIS COGNOSCI POTEST

EXPLICATUR.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

VENIA ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI

CUM

VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

DIE XV. M. MARTII A. MDCCCLXIX HORA XI.

IN AUDITORIO MAXIMO

PUBLICICE DEFENDET

AUCTOR

ALBERT HAASE.

BORUSSUS ORIENTALIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

G. BOEHME, STUD. PHIL.

H. v. GERSDORF, STUD. JUR.

A. MUELLER, STUD. PHIL.

HALIS,

TYPIS ORPHANOTROPHEI.





am⁺



V I R O
PERILLUSTRI, OPTIME DE SE MERITO
SUMME REVERENDO

AEMILIO ROEDIGER

THEOL. ET PHILOS. DR., LING. ORIENT. PROF. ORDIN. PUBL.
IN UNIV. BEROL.

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.





Perscrutantibus nobis S. Ephraemi*) theologiam nova ratio ac disciplina theologiae non occurit; sequitur enim quod attinet Christologiae dogma symbolum Nicaenum, ceterum cum praeceptoribus academiae, ut ita dicam, Alexandrinae consentit. Nec tamen contendi potest Ephraemum ea tantum, quae ab illis acceperit, docuisse, quum multa propria apud eum inveniantur ipseque diligentissimam Sacrae Scripturae libris cognoscendis operam dederit.

Atque etiamsi illud concedi posset, tamen ejus merita non deminuerentur. Primum, illustrissimum firmissimumque columen ecclesiae Syriacae est. Quantum utilitatis ecclesiae suae attulerit, ex eo videri potest, quod omnes haereses ex imo evertit veramque doctrinam lingua Syriaca utens quam latissime divulgavit.

Praeter versionem Novi Testamenti, quae haud dubie saeculo secundo orta est, nobis libros Syriacos evolventibus primus occurrit Ephraemus, cujus opera usque ad nostra tempora restant. Recte pater litterarum Syriacarum appellandus est eique laus maxima tribuenda est, quod et eleganter scribendi rationem habuit et ad res dogmaticas tractandas Syriaceque scribendas viam munivit. Primum enim inter Syros interpretatus est Scripturae Sacrae libros, primus doctrinam Christianam explicavit atque literis persecutus est. Academiam Edessenam, quae jam Vespasiani imperatoris temporibus florebat, ex qua illustrissimi ecclesiae Syriacae praeceptores prodierunt, prorsus restauravit. Merito igitur ei cognomen prophetae Syrorum inditum est. Quantam igitur

*) De vita scriptisque Ephraemi cf. J. Alsleben: „Das Leben des heiligen Ephraem, des Syrs.“ (Berlin 1853.)

utilitatem ecclesiae attulit illis temporibus, quibus vehementissimis tempestatibus perturbabatur, vir ille, qui tanta diligentia atque ingenii alacritate veram doctrinam defendebat! Maximum autem ejus meritum est, quod non solum discipulos monachosve, sed etiam omnes vera doctrina Christiana instituit. Errores adversariorum prudenter consulteque refellit, cf. II, 443, ubi Deum unum esse demonstrat; pulcherrime ostendit homini a Deo tributum esse liberum arbitrium cf. §. 10. Saepe quidem, quod ad interpretationem Scripturae Sacrae attinet, errat cf. §. 3, ubi ex Geneseos capite primo per Filium mundum creatum esse demonstrare conatur et ex cap. XI. Trinitatem descendisse ad linguas confundendas. Locos quoque complures ad Christum pro arbitrio refert, quod praecipue ex Sermonibus adversos Judaeos habitos (Tom. III.) intelligitur. Nonnulla difficulta sunt intellectu, quum oratio poetarum orientalium saepe turget atque inflata est, iique ad similitudines figurasque audaces adhibendas propensiores sunt, cf. pag. 90 (Tom. III.), ubi per Spiritum Sanctum historia arcae Noëmicæ historiam ecclesiae per Christum conditae praesignatam esse dicit, cf. Sermones de Paradiso Eden. Obscura sunt, quae de sacramentis docet.

Praetermissis commentariis, libros tantummodo poeticos attingemus, quippe quorum et tanta est apud Syros auctoritas, ut nostris etiam temporibus ad ceremonias adhibeantur, et argumentum tam copiosum, ut animos suavissime delectent.

In priore parte librorum poeticorum sermones haud pauci insunt, quibus haereses, id est Gnosticos impugnat, imprimis Bardesanem, qui quamquam multis annis ante mortuus erat, tamen per discipulos hymnosque errores doctrinae suae longe lateque per Syriam dissipaverat.*) Quos errores nondum illis temporibus, quibus ipse vixit, extinctos ut tolleret, hymnos fecit Ephraemus, quibus vera doctrina propagaretur. Legimus in Actis S. Ephraemi apud Asseman. (Bibl. Orien. I): „Armatus namque (Ephr.) athleta Christi armatura Dei bellum verae religionis hostibus indixit, praecipuae tamen hujus curae ac cogitationes omnes ad tollen-

*) cf. Merx „Bardesanes von Edessa“ (Halle 1863) p. 11.

dam Bardesanis impietatem. Satis edoctus, quantum Edesseni musica cantuque caperentur eosque a profanis et inhonestis lusibus choreisque avocare cupiens, choreos virginum instituit docuitque odas sublimibus spiritualibusque sententiis compactas, de Christi Nativitate, de Baptismo, de Jejunio, de Passione, de Resurrectione, Ascensione, deque reliquis divinae illius dispensationis mysteriis, quibus adjecit alios hymnos de Martyribus, de Poenitentia, de Defunctis, effecitque, ut Puellae foederis ad ecclesiam cunctis solemnibus Domini festis et Martyrum celebritatibus diebusque dominicis convenirent. Ipse in medio aderat docebatque modos musicos et modulandi carminis leges, qua optima industria civium sibi gratiam ac benevolentiam devincit et adversariorum tenacitatem pessumdedit.“

Qui hymni, de quibus Acta Ephraemi referunt per tertiam partem Operum Ephraemi Editionis Romanae dissipati sunt. Sermonibus adversus haereses vel doctores errantes scriptis (ܩܘܪܕܢܐ ܕܥܦܪܐܝܡ ܕܥܘܢܘܡܝܐ) errores Bardesanis Marcionisque refutat. (Edit. Rom. Tom. II.) Imprimis adversus Bardesanis doctrinam de Fato (*περὶ εἰμαρμένης*) loquitur. Qui Chaldaeorum quidem astrologiam impugnat, tamen ipse tria omnium entium principia discernit: *φύσιν*, i. e. actionem legitimam virium naturalium, *Εἰμαρμένην*, i. e. Fatum, Deum Christianorum. Tum Dei quoque substantiam unam esse adversus Gnosticorum omnium dualismum dialectice demonstrat. Sermones de Nativitate Domini ad illustrandam Ephraemi theologiam haud multum utilitatis afferunt. Sequuntur (Edit. Rom. Tom. III.) Sermones de fide adversus Scrutatores (ܩܘܪܕܢܐ ܕܥܦܪܐܝܡ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ), in quibus Arianorum et Eunomianorum errores rejicit naturam Dei perscrutari conantium. Ad quos impugnandos naturam Dei plane inperscrutabilem esse ostendit. Item sectam Audianorum vel Anthropomorphistarum refellit. Qui sermones quantum valeant ad ea intelligenda, quae Ephraemus et de Trinitate docuerit et de ratione, quae inter Patrem et Filium intercedat postea, si de Trinitate agemus, videndum erit. Quibus sermonibus annectuntur (exceptis „Margarita“

Domini ferebatur super aquas,“ de Ephraemo ista intulit: „Quod dico, ab illo viro Syro didici, qui quantum a sapientia mundi distabat, eo magis verae Christi doctrinae aderat propinquus.“ — Quanta porro diligentia atque assiduitate libris sacrae Scripturae operam dederit, multae amplissimaeque homiliae in libros canonicos ab eo conscriptae declarant. Quo modo sacram Scripturam interpretatus sit, Lengerke in libro: „De Ephraemi Syri arte hermeneutica“ exposuit. Nec minus diligenter doctrinas dogmaticas S. Pater tractat, nostrumque est illas, quemadmodum docuerit explicare.

Omnem ejus theologiam in capita dividemus tria; primo agemus de Trinitate, altero de Anthropologia et Soteriologia, tertio de Eschatologia.

Cap. I.

De Trinitate.

§. 1.

Doctrina de Deo.

Ineunte vel potius medio saeculo quarto, quum vehementissime de nonnullis locis dogmaticis disputaretur, duae omnino nobis occurrunt sententiae de Deo sibi repugnantes. Altera est, quam appellamus platoniam et jam apud Origenem invenimus, Deum hominis menti omnino inexplicabilem esse, altera, quam nominamus rationalem, Arianorum, Audianorum, Eunomianorumque doctrina de Trinitate, qui quum Dei mysteria perscrutari conarentur, nimis hominis sagacitate confidebant. Deum omnino inexplicabilem esse Ephraemus quoque docet eandemque doctrinam apud eos invenimus, qui studiosissime symbolum Nicaenum defendebant, ut apud Basilium Magnum et Gregorios duos (Nyssenum ac Nazianzenum). Ad alteram sententiam refellendam Ephraemus, ut in praefatione commemoravimus, Sermones ad versus Scrutatores (Edit. Rom. Tom. III.) scripsit, in quibus iterum atque iterum nobis occurrit sententia Deum ab homine investigari non posse cf. III, p. 3:

וְאֵלֹהִים לֹא יִשְׁתַּחֲוֶה אִשְׂרָאֵל כִּי הוּא הוֹדִיעַ

cf. III, 46, 133, 150 etc.

Ne angelos puidem scire, quid sit Deus, nec Deum perscrutari posse cf. III, 5: וְאֵלֹהִים לֹא יִשְׁתַּחֲוֶה אִשְׂרָאֵל כִּי הוּא הוֹדִיעַ . וְאֵלֹהִים לֹא יִשְׁתַּחֲוֶה אִשְׂרָאֵל כִּי הוּא הוֹדִיעַ . „Millia millium stant et myriades myriadam currunt, non possunt investigare Unum“; pauloque infra legimus:

וְאֵלֹהִים לֹא יִשְׁתַּחֲוֶה אִשְׂרָאֵל כִּי הוּא הוֹדִיעַ .

„si evadunt vigilantes (i. e. angeli) ut investigent (Deum) perveniunt ad silentium (quod est circa thronum Dei) et cohibentur.“ — Cherubim ipsi, qui Dei majestatem portant, in currum inspicere non audent (III, 8). Homo ne noscit quidem partes naturae suae (III, 108. 109); nec ab eo substantiam angelorum intelligi posse (III, 104) neque naturam a Deo creatam plane explicari (III, 7. 8; 125); quare abstatat a Deo investigando. Magnam esse vim hominis menti tributam, cogitationum quocunque dirigendarum, sed si arcana Dei mens peserutari conetur, in ima et profunda loca deijci itaque perturbari, ut nulla ei via redeundi pateat. Scientiam, quae Deum omnia scientem definire possit, majorem esse definiendo ipso, quod ipsa sufficiat ad eum totum metiendum cf. III, 22:

וְאֵלֹהִים לֹא יִשְׁתַּחֲוֶה אִשְׂרָאֵל כִּי הוּא הוֹדִיעַ . וְאֵלֹהִים לֹא יִשְׁתַּחֲוֶה אִשְׂרָאֵל כִּי הוּא הוֹדִיעַ .

Deum tantum per Filium ab hominibus aspici posse, i. e. tantum, quantum ipse sese hominum oculis relevaverit. Sine Dei Christique gratia veritatem inveniri non posse (III, 43, 44), fidem autem in Christum Salvatorem esse, per quam homo ad Deum perveniat. Pueris (i. e. qui simpliciter credunt) Christum esse apertum, callidis occultum, ab iis, qui credant, inveniri, scrutatoribus obiectum esse cf. III, 7:

וְאֵלֹהִים לֹא יִשְׁתַּחֲוֶה אִשְׂרָאֵל כִּי הוּא הוֹדִיעַ . וְאֵלֹהִים לֹא יִשְׁתַּחֲוֶה אִשְׂרָאֵל כִּי הוּא הוֹדִיעַ .



ducere obscurum est. Quum omnia ferat, in omnibus rebus habitat. Si enim in uno tantum loco habitat, parva est (essentia), quod hic locus ipse, ubi invenitur habitans, major est ipsa, locus est terminis definitus, numen dei nullis tenetur finibus. Quae latitudo non idonea est, ut eam exquiras et ut Universum copia numinis impleri potest, item mens nostra copiam ejus capere non potest.“ — Adversus Audianos, qui Deo corpus attribui voluerunt, qua ex re Anthropomorphistae quoque nominati sunt, similitudinem hominis cum Deo non in corpore ponendam docet (III, 155), atque ea, quae in Scriptura Sacra ita dicta sint, ut Deo affectiones hominis propriae attribuantur, ita a Spiritu Sancto, dictata esse ut infirmo hominum captui faciliora sint intellectu cf. III, 46:

מַדְּמָה לְזֶה אֵלֹהִים
 וְהָיָה כִּי יִשְׁמַע אֱנוֹשׁ בְּעֵינָיו
 וְיִדְבַּר בְּלִבּוֹ וְיִשְׁמַע
 וְיִדְבַּר בְּלִבּוֹ וְיִשְׁמַע

„Maximus est error, quem homo cogitare potest, si essentiam Dei creaturae similem facit.“

Quamquam Deus super omnia elatus est, quae homini sunt propria, tamen ad figuras similitudinesque accipiendas, descendisse quae apta essent hominis intellectui, omnia ex thesauro domini omnipotentis prodierunt:

וְהָיָה כִּי יִשְׁמַע אֱנוֹשׁ בְּעֵינָיו
 וְיִדְבַר בְּלִבּוֹ וְיִשְׁמַע
 וְיִדְבַר בְּלִבּוֹ וְיִשְׁמַע

Pro temporibus similitudines, quibus utilitatem affert hominibus, praebet Deus. Aspectum autem ejus adeo terribilem esse, ut nemo hominum eum sustinere possit, quod ex Deuteron. cap. IV. appareat. Naturam Dei ut nomen ejus esse laudatissimam, cf. III, 48: בְּדַבְרֵי אֱלֹהִים מְלִכֵּי

Ex ipsis Dei nominibus hominem discere, qualem et quemadmodum Deum appellet, cf. III, 79:

וְהָיָה כִּי יִשְׁמַע אֱנוֹשׁ בְּעֵינָיו
 וְיִדְבַר בְּלִבּוֹ וְיִשְׁמַע
 וְיִדְבַר בְּלִבּוֹ וְיִשְׁמַע



ܕܕܝܡܝܢܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ
 ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ

„Nomina ejus (Dei) docent te, quemadmodum qualemque eum appelles; primum te docet eum aeternum esse, alterum creatorem esse, indicat tibi quoque bonum esse teque scientem facit eum etiam justum esse; Pater rursus nominatur vocaturque.“ — Quae nomina Dei, Aeterni, Creatoris, Justi, Boni, Patris stricte distinguenda sunt ab iis, quae Deus modo induit, modo exuit, sicut tempora postulant. Nomina autem illa vera perfectaue omnia sunt conservanda, si unum eorum negas, omnia concidunt, cf. III, 79:

ܕܕܝܡܝܢܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ
 ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ
 ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ

„Attende animum ad nomina ejus perfecta et sacra, nam si unum negas, volant et discedunt omnia, sunt enim conjuncta inter se et portantia Universum.“

§. 2.

De creatione Mundi.

Mundum a Deo ex Nihilo creatum esse omnes patres ecclesiastici adversus Gnosticos docent itemque Ephraemus. Creationem autem non ex eo temporis momento incepisse, quo Deus hunc mundum visibilem creaverit, ex hoc loco mihi posse concludi videtur: cf. Adv. Scrutat. Sermon. XXVI (III. pag. 45):

ܕܕܝܡܝܢܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ
 ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ
 ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ
 ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ ܕܥܠܝܘܬܝܗܘܢ

חֲדָשׁוֹתַי אֶתְּחַלֵּץ וְאֶתְּחַלֵּץ אֶתְּחַלֵּץ
 אֶתְּחַלֵּץ אֶתְּחַלֵּץ אֶתְּחַלֵּץ אֶתְּחַלֵּץ

„Initio, quum Deus mundum crearet, erat apud eum cogitatio aeterna, quae est sine initio. Non autem talis est ejus cogitatio qualis hominis, ut de novo commoveatur ut mortalis. Nec cogitatio ejus motum, ne minimum quidem patitur. Creaturae initium et principium sub tempora cadit, scientia Dei omnia antecedit tempora atque initiis superior est.“ — Deo ergo indignum esse putat nec consentaneum ejus essentiae, eum semel mundum creasse, nam, si Deus est creator, semper eum creare putandum, quod nisi affirmas, Dei cogitatio mutabilis est. (Primus hanc doctrinam Origenes protulit de princip. III, 5, 3.) Deum autem mundum non solum creasse, sed etiam conservare et regere (cf. III, 142; III. 8: $\text{חֲדָשׁוֹתַי אֶתְּחַלֵּץ}$), regendo autem iterum atque iterum creare, ut creatio sit sine principio ac sicut cogitatio aeterna.

§. 3.

De Trinitate.

Sententiam Deum ab homine investigare non posse Ephraemus sibi constans adhibet quoque ad Trinitatem, tamen autem sibi non constat, quum, quae ratio inter Patrem, Filium, Spiritum Sanctum intercedat, ipse quam studiosissime explicare conetur. Omnino ita rem statuit, ut nec confundat personas tres nec unam ab altera sejungat, Symbolumque Nicaenum sequatur; cf. III, 194:

אֵלֹהִים אֶחָד וְאֵלֹהִים אֶחָד
 אֵלֹהִים אֶחָד וְאֵלֹהִים אֶחָד
 אֵלֹהִים אֶחָד וְאֵלֹהִים אֶחָד
 אֵלֹהִים אֶחָד וְאֵלֹהִים אֶחָד



ܘܠܟܘܢ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ
 ܘܠܟܘܢ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ
 ܘܠܟܘܢ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ

„Scripta deposita sunt velut speculum puri oculi, in quibus vides imaginem veritatis. Deposita ibi effigies Patris est, Filii imago ibi picta et Spiritus Sancti.“ Errat autem Ephraemus, quod Trinitatem ex Veteris Testamenti libris efficere conatur, cf. III, 13, 14, ubi ex Verbis Dei in mundo creando dictis per Filium omnia patre auctore creata esse demonstrat. Trinitatem in Genes. cap. XI. inveniri docet cf. III, 116:

ܘܠܟܘܢ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ
 ܘܠܟܘܢ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ
 ܘܠܟܘܢ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ

„Disce enim ex historia Babyloonica ibi etiam tres descendisse ad linguas confundendas. Dixit enim Deus: „Venite, descendamus,“ si alter cum altero loquitur, nemo tali modo loqui potest, sed potius: „veni, descendamus.“

Denique testimonium Trinitatis symbolum quoque in baptismo usitatum affert cf. III, 129; II, 444:

ܘܠܟܘܢ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ

„immersus sum ter in nomine Spiritus sanctitatis tuae.“

Sie ea, quae a nobis allata sunt, respicimus, apparet Ephraemum eadem docuisse de trinitate, quae Athanasius, Gregorius uterque, Basilius Magnus: Essentiam Patri, Filio, Spiritui Sancto esse communem, quod ad personas attineat, eos esse distinguendos, cf. III, 41:

ܘܠܟܘܢ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ
 ܘܠܟܘܢ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ ܕܡܘܠܘܬܗ

.וסא פֿאַדאַלז? פֿאַרן פֿאַרן
 .פֿאַרן פֿאַרן פֿאַרן פֿאַרן

„patrem primum esse, non est controversia, filium secundum
 esse haud dubium et nomen Spiritus Sancti tertium. Quo-
 rum nominum ordinem noli confundere!“

§. 4.

De Christologia.

De Christo filio eadem docet, quae praeceptores ecclesiae
 orthodoxae, Filium genitum quidem ex patre sed potestate
 dignitateque Patri parem eundemque aeternum esse. In
 argumentatione incipit a sententia: mysteria Dei hominis
 menti imperscrutabilia esse; ne angelos quidem scire quid-
 quam de filio, ipsum Spiritum sanctum per Jesajam pro-
 phetam dixisse (Jesaj. LIII, 8): $\sigma\delta\iota\gamma\mu\alpha\tau\omega\upsilon\ \iota\sigma\tau\omega\sigma\iota\tau\omega\ \kappa\epsilon\iota\mu\epsilon\iota$
 „quis explicabit historiam ejus?“ (III, 8, 9). Hominem
 igitur prorsus non decere hoc mysterium perscrutari, quum
 ex eo, quod Spiritus Sanctus de hac re tacuerit, appareat
 Dei consilium fuisse, ne quid homines de hac re scirent.
 Recte Johannem (III, 59), quum mysterium Christi contem-
 plaretur, Christum „Verbum Dei“ appellasse et Deum.
 Cujus Verbi natura aperta est tamenque occulta. Scimus
 Verbum esse; quale sit, nobis ignotum est. cf. III, 95:
 „Verbum Dei filius est, non est verbum vocis, verbum est,
 quod ad omnia dici potest, Verbum est, quod lingua nostra
 proferre non possumus.“ —

Item natum Filium mysterium esse inexplicabile nec
 perspicui posse, ita autem natum esse filium, ut nec patrem
 quidquam deficiat, et filium tam perfectum esse, quam
 patrem. cf. III, 140:

$\iota\sigma\tau\omega\sigma\iota\tau\omega\ \kappa\epsilon\iota\mu\epsilon\iota\ \sigma\delta\iota\gamma\mu\alpha\tau\omega\upsilon\ \iota\sigma\tau\omega\sigma\iota\tau\omega\ \kappa\epsilon\iota\mu\epsilon\iota$
 $\sigma\delta\iota\gamma\mu\alpha\tau\omega\upsilon\ \iota\sigma\tau\omega\sigma\iota\tau\omega\ \kappa\epsilon\iota\mu\epsilon\iota\ \sigma\delta\iota\gamma\mu\alpha\tau\omega\upsilon\ \iota\sigma\tau\omega\sigma\iota\tau\omega\ \kappa\epsilon\iota\mu\epsilon\iota$
 $\sigma\delta\iota\gamma\mu\alpha\tau\omega\upsilon\ \iota\sigma\tau\omega\sigma\iota\tau\omega\ \kappa\epsilon\iota\mu\epsilon\iota\ \sigma\delta\iota\gamma\mu\alpha\tau\omega\upsilon\ \iota\sigma\tau\omega\sigma\iota\tau\omega\ \kappa\epsilon\iota\mu\epsilon\iota$

imperio Patrem videre, nam non sine eo parati sunt, quum crearentur.“ cf. III, 52.

Filius ubique porro et omnibus praesto est sicut Pater, cf. adv. Scrut. Serm. IV. (III, pag. 5—8):

בְּיָמֵינוּ בְּכָל־מָקוֹם בְּכָל־זְמַן בְּכָל־מָקוֹם.

בְּכָל־מָקוֹם בְּכָל־זְמַן בְּכָל־מָקוֹם.

בְּכָל־מָקוֹם בְּכָל־זְמַן בְּכָל־מָקוֹם.

בְּכָל־מָקוֹם בְּכָל־זְמַן בְּכָל־מָקוֹם.

„vident te in profundo, vident te in alto, vident te in sepulcro, vident te in medio tabernaculo (scil. coeli), vident te mortuum, et inveniunt te suscitatore, obstupefacti sunt nec possunt (eum i. e. Christum videre).“ Omnibus locis Filius adest neque uno tenetur.

Recte Ephraemus cognovit duas esse conjunctas in Filio naturas, divinam atque humanam, cf. II, 419:

מְדַבֵּר בְּכָל־מָקוֹם בְּכָל־זְמַן בְּכָל־מָקוֹם.

אֵלֵינוּ. בְּכָל־מָקוֹם בְּכָל־זְמַן בְּכָל־מָקוֹם.

בְּכָל־מָקוֹם בְּכָל־זְמַן בְּכָל־מָקוֹם.

„laudatus esto Sapiens, qui affinitatem contraxit et commiscuit divinitatem cum humanitate. Naturas et quidem alteram ex alto alteram ex profundo miscuit sicut pharmaca, ut sit „Deus-Homo.““

Quod attinet ad nativitatem Christi ex virgine Maria, quam disertissime ostendit, Deo, qui mundum ex nihilo creaverit, nihil ait esse impossibile ac tantum miraculum esse, Filium, qui ex coelo in uterum Mariae descenderit ex eoque corpore humano indutus prodierit, quantum, Adamum, quem deus creaverit cf. III, 82; 601. Multa esse in natura, quae nobis sint occulta, quae homo perscrutari non possit, quare ab hoc miraculo exquirendo absistet cf. III, 73, 95.

invenimus. — Omnibus locis, quibus Ephraemus de Spiritu agit, ei tertiam trinitatis personam tribuit, neque Patri neque Filio subordinatam, cf. III, 72 etc.

A Spiritu Sancto Scripturam Sacram prophetis apostolicisque dictatam esse, Ephraemus ut omnes Patres ecclesiastici, docet; cujus sententiae sexcenta testimonia ex libris poëticis proferre possumus e. g. III, 98; 273, etc.

§. 6.

De Angelologia.

Angelorum apud Ephraemum singulos ordines invenimus, per quos ipsi usque ad Spiritum Sanctum ascendunt. Id ut statuatur, eo perducitur, quod spatium immensum inter Deum et homines interjectum explere vult, utiturque exemplo naturae creatae, in qua omnia quoque per singulos ordines a minimis principiis ad exitus maximos procedant, cf. III, 9 et 10: „si angeli quidquam de Trinitate scire volunt, interrogant Superiores (ܘܨܡܝܘܬܐ ܥܘܠܝܝܘܬܐ). Qui angeli superiores docentur nutu Spiritus. Diversi sunt gradus angelorum et pro dignitate interrogant, non conantur interrogare quidquam, quod modum eorum transeat. Natura testatur hunc ordinem gradibus, qui in ipsa sunt.“ Quamquam Ephraemus et angelos tantopere infra Deum ponit et hominem tantopere infra angelos (cf. III, 53), ut magnum inter Deum hominemque hiatum non modo non expleat, sed etiam dilatet.

Angelorum Gabriel princeps commemoratur (III, 5; 300) ac nominatim Michael. Nominantur Cherubes (ܘܚܘܒܝܡ) et Seraphi (ܘܨܪܦܝܡ) illi majestatem Dei vehunt, hi stant ante sedem Dei majestatem ejus laudantes alis visus obtegentes, ne Deum videant, quippe cujus aspectum creatura ferre non possit.

§. 7.

De Daemonologia.

Diabolus ab Ephraemo diversis nominibus significatur, mox appellatur ܕܝܒܘܠ, mox ܕܝܒܘܠܐ, inter quae nomina fere

nullum intercedit discrimen, sed animadvertisse mihi videor, nomen Satanae adhiberi, si diabolus hostis regni Dei appellatur, „Malum“ eum nominari, si hominum animos ad maleficia impellat. Diabolus angelum olim fuisse, qui libertate instructus sibi eligendi quid velit, ad malum se converterit, concludi potest ex loco II, 482:

כַּדָּא דְּלֹא חֵטְרָא סַאֲזֵרָא דִּי שַׁדַּיִן אִינְיֹן אִינְיֹן מִלְּפָנֵי
 סַאֲזֵרָא דִּי אֲחַד חַטְיָא בְּחַטְיָא

„causa malorum omnium est nimirum libertas: Adam et Satanas produxere malum voluntatis“ i. e. voluntatem, quae se ad malum vertebat.

In angelorum numero igitur erat diabolus liberoque arbitrio praeditus. Quum semel malum sibi elegisset, hanc viam persecutus omnes homines perdere conatur. Ejus dolo Adamus eo perductus est, ut legem Dei violaret cf. III, 62; 318, 319. Invidia permotus hoc fecit diabolus, qui Adamo Filiisque ejus invidet cf. III, 92. Invidia est malum diaboli proprium, primum ante omnia, ab eo ortum cf. III, 162

כַּדָּא דְּלֹא חֵטְרָא סַאֲזֵרָא דִּי שַׁדַּיִן אִינְיֹן אִינְיֹן מִלְּפָנֵי
 סַאֲזֵרָא דִּי אֲחַד חַטְיָא בְּחַטְיָא. Semper regno Dei nocere conatur, quod jam ex primo ejus opere apparet, omnesque homines perdere. Quum Adamum ad peccandum perduxisset, totus orbis terrarum per eum pertubatus est, Diabolique opera factum, ut pagani falsos deos adorarent (cf. III, 62; II, 533); quum per Christum hominibus gratis bene fieri vidisset, rursus invidia incensus est, ut discordiae semen per ecclesiam dispergeret animos hominum occupare conatus est, ut disquisitionibus et disputationibus concordiam ecclesiae, opus Christi perderent atque ad pristinae pravitatis statum reducerentur cf. III, 66, 67, 163, 200; pag. 111:

חַטְיָא דִּי שַׁדַּיִן אִינְיֹן אִינְיֹן מִלְּפָנֵי אִינְיֹן אִינְיֹן
 מִלְּפָנֵי אִינְיֹן אִינְיֹן אִינְיֹן אִינְיֹן אִינְיֹן אִינְיֹן אִינְיֹן
 אִינְיֹן אִינְיֹן אִינְיֹן אִינְיֹן אִינְיֹן אִינְיֹן אִינְיֹן אִינְיֹן אִינְיֹן

„diabolus, quum videret Deum nobis gratis bene facere, zelum induit, ut nos necessario perderet. Quare loquamur

Satanae, qui perturbat nos, ut investigemus Redemptorem nostrum etc.“

Ita diabolus homines perdit, ut in cogitationes eorum irreat et in animo semen Boni exstinguat, cf. II, 74 et 91, ubi diabolus in animis scrutatorum sedere dicit.

Attamen diabolo non est potestas absoluta, sed imperio Dei tenetur, quod ex III, 116 efficitur, ubi de linguis in turri Babylonica aedificanda confusis agitur. Legimus enim, quum paulo ante dictum esset, Deum statuuisse linguas confundere, haec: „diabolus (כַּיִל) erat adversus linguas eorum, ut confunderentur, sicut hodie in ecclesia nostra.“ Alius autem hujusmodi locus in libris poeticis, quod equidem meminerim, nobis non occurrit. Ex illo uno loco unusquisque videre potest profecto: a Deo diaboli cupidini fines esse determinatos, quos migrare ei non liceat.

Praeter Satanam nonnunquam invenimus apud Ephraemum „daemones“, שַׁדִּיִּם (hebr. שָׂדֵי e rad. שָׁדַד arab. سَادَ domi-
nare, inde سَيِّدٌ سَادَ = dominus). Quos daemones ab Ephraemo vires diabolicas cogitatas esse, quibus vexentur homines, haud difficile est intellectu cf. III, 115. Daemones sodales diaboli nominantur III, 111:

פְּדֹם, וְלֹא חָצֵד מֵאֵינִי בְּלִמְכַנְנֵי בְּתֹלְבֵי.
וְאִם אֵינִי חָצֵד וְאִם לֹא מִבְּכֹלְבֵי.

„evade, excede, perscrutare daemones, ut invenias sodales tuos; perscurtare etiam spiritus („immundos“ recte adjecit Assemani), ut cognoscas vicinos tuos.“

Sedes diaboli atque daemonum est Gehenna (גֵּהֵנָה).

Bibliothek der
Deutschen
Morgenländischen
Gesellschaft

„si spiritus dolorem patitur, per patrem totus significatur, si anima cum filio tota miscetur, si corpus confitetur et concrematur, totum cum Spiritu sancto particeps fit.“

Ex quo loco satis obscuro hoc certe apparet Ephraemum eam statuisse trichotomiam, ut homini creando spiritum a Deo, animam a Filio, corpus a Spiritu dari arbitratus esse videatur. Quae sententia de hominis trichotomia ab iis tantum defensa est praeceptoribus ecclesiasticis quae ad Origenis theologiam accesserunt. Origenes enim „de princ.“ III, 4, 1 f. praeter corpus hominis *ψυχὴν* et *πνεῦμα* statuit; item fere Irenaeus et si saeculum quartum respicimus, Didymus „de „Spiritu S.“ c. 56 et Gregorius Nyssenus „de hom. opif.“ c. 8. — Longius progressus Ephraemus sedes singularum hominis partium determinat cf. II, 553:

. ܠܕܘܠܘܢܐ ܕܢܦܫܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ
 ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ *
 ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ
 ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ
 ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ
 ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ ܕܥܘܠܡܐ

„tria in resurrectione communicabantur unumque fient: anima et spiritus citharaque eorum corpus; spiritus habitat in capite, verbum ejus in ore, anima in medio cum utroque omnia communicat. Nomina eorum (i. e. partium hominis) separata sunt, ipsa facilia sunt (intellectu), quod ad mysteria ipsorum attinet, quod ad principia, difficilia.“

Haesitare igitur videtur ipse, unde hominis partes tres ortae sint, quum difficilia principia earum intellectu esse dicat. Attamen verisimillimum est, sententiam, quam de

*) ܕܥܘܠܡܐ = „mens, animus“ haud dubie significat idem, quod locis supra allatis ܕܥܘܠܡܐ = „spiritus“; idem significat ܕܥܘܠܡܐ = „mens, spiritus, ingenium.“

סֵדֵינֵי שֶׁבְּהַטְוֵהוּ לְפָנֵינוּ טַחְטֵי בְּכֹל
 נִתְּנֵינוּ. שֶׁמִּפְתֵּי קִלְבָּא דְּפִינֵינוּ. אִי וְדִנֵּי
 דְּבִלְבָּא דְּפִינֵינוּ. קִלְבָּא דְּפִינֵינוּ בְּכֹל
 סֵדֵינֵינוּ. בְּכֹל מִינֵינוּ. אִי וְדִנֵּינֵינוּ.
 טַחְטֵי בְּכֹל נִפְשֵׁינֵינוּ לְפָנֵינוּ.

„miserere, Bone, malitiae nostrae, quae est fons, omnium
 adversantium (i. e. laedentium leges Dei). Cogitationes ma-
 litiae sunt morbi occulti, opera ejus sunt morbi aperti. Ex
 ea enim evasit primum decretum omnium peccatorum, me-
 diorum postremorumque. Pure, purifica nostram libertatem,
 fontem ex ipso se perturbantem.“

§. 10.

De hominis libertate Deique gratia.

Magna gravissimaque testimonia Ephraemus affert ad
 libertatem hominis adversus Gnosticos defendendam. In
 sermonibus adversus haereses (Tom. II.) Ephraemus Gnosti-
 corum errorem de Fato vel Fortuna (כְּדֵי) quae doctrina
 omnem honestatem perdit, quam disertissime impugnat docet-
 que, liberum hominis arbitrium nullis vinculis ligatum teneri,
 quo sublato hominem factorum suorum rationem reddere non
 posse. Legibus ipsis libertatem agendi exprimi cf. II, 449:

וְכֹל אֲשֶׁר עָשָׂה לְפָנֵינוּ בְּכֹל מִינֵינוּ
 וְכֹל אֲשֶׁר עָשָׂה לְפָנֵינוּ בְּכֹל מִינֵינוּ
 וְכֹל אֲשֶׁר עָשָׂה לְפָנֵינוּ בְּכֹל מִינֵינוּ
 וְכֹל אֲשֶׁר עָשָׂה לְפָנֵינוּ בְּכֹל מִינֵינוּ
 וְכֹל אֲשֶׁר עָשָׂה לְפָנֵינוּ בְּכֹל מִינֵינוּ

„flagella (i. e. poenae) legesque testantur hanc libertatem
 poenas dantium impudentibus (i. e. haereticis) docueruntque
 idiotas. Judex justus est, qui damnat omnes homicidas,

qui in nos injuste fecit, et si natura nostra firma, majus est, quam ut Deus nobis peccata remittat. Novit justitia Dei nos ipsis nostris armis vincere. Si imbecillitas est (liberi arbitrii), haec pro omnibus loquitur, si firmitas, adversus omnes testatur.“ In eadem pagina legimus:

صَمْتَسْ بِسَادِمْ نَمَّ سَمَّ دَحْلَاكَمْ اَلْمَ .
 اَلْمَ طَسْمَا صَمَّ نَمَّ نَمَّ . طَسْمَا سَمَّ دَاوَلَا اَلْمَ .
 اَلْمَ نَمَّ نَمَّ دَمَّ اَسَّ دَحْلَا صَمَّ .

„natura libertatis una eademque est in omnibus hominibus. Si potentia in uno homine infirma est, eadem in omnibus, si valida in uno, eadem in omnibus.“

Si unus hominum, ait, ita firmus sit, ut diabolo resistat, omnibus hominibus eandem potestatem datam esse. Noam tantae firmitatis exemplum profert cf. III, 362.

Tum eodem fere argumento, quo adversus Gnosticos, usus est docetque leges a Deo nobis praescriptas esse, quod nunquam fieri potuisset, nisi a Deo potestas illarum servandarum nobis insita fuisset cf. III, 565. Ex disceptatione ipsa, utrum homini a Deo liberum arbitrium datum sit, necne, intelligi posse, nobis libertatem esse, disquisitionem enim interrogationemque ex libero arbitrio nasci.

Eandem fere doctrinam de libero arbitrio apud omnes hujus aetatis praeceptores ecclesiae orientalis invenimus ut apud Athanasium, Cyrillum, Chrysostomum, Gregorium Nysenum, Basilium Magnum. (De hac re cf. A. Hahn: Ephraem, der Syrer, über die Willensfreiheit des Menschen, nebst den Theorien derjenigen Kirchenlehrer bis zu seiner Zeit, welche hier besondere Berücksichtigung verdienen. *Allgen's, Denkschrift der histor.-theol. Gesellschaft zu Leipzig* 1819, Heft II.)

Ex libero igitur arbitrio, Ephraemus docet, pendere utrum homo justus fiat vitamque Deo gratam degat, necne. Rem ita sese habere, ut homo duobus propositis eligere possit, utrum velit. Gratia Dei etiamsi omnes homines per vim justos facere potest, tamen libertatem hominis non extinguit cf. III, 364:

מְסֻלָּמִים כִּי יִבְרַח וְיִפְתָּח לְפָנָיו וְיִפְתָּח לְפָנָיו וְיִפְתָּח לְפָנָיו
 לְחַסְדֵּי שְׁמַיִם וְיִפְתָּח לְפָנָיו וְיִפְתָּח לְפָנָיו

„gratia (Dei) hominem justificare potest per vim, nec tamen intelligentiam ejus perdit, quamquam se hominem justum facere posse scit.“

Homo autem, qui Bonum sibi elegit, gratia Dei sustentatur et ad id, quod vult, assequendum adjuvatur ac confirmatur. Tamen libertas priorem locum tenet. Item Chrysostomus, Gregorius uterque.

§. 11.

b. De Soteriologia.

Totam hominum redemptionem Ephraemus in eo ponit, quod Christus homines a diabolo ac morte liberaverit. Doctrinam fraudis a Deo Diabolo illatae ab Origene ortam variisque formis modificatam apud eum quoque invenimus. Admirabili modo in hac doctrina explicanda cum Gregorio Nyseno consentit. Diaboli dolo perturbatus Adamus peccaverat, omnesque posteri Satanae imperio subjecti erant. Ad quos redimendos Filius Dei humanum corpus induit, ut Diabolus, quum eum iisdem armis cinctum videret, quibus Adamum, cum eo pugnare conaretur, a Christi divinitate autem superaretur, cf. III, 598:

וְיִפְתָּח לְפָנָיו וְיִפְתָּח לְפָנָיו וְיִפְתָּח לְפָנָיו
 וְיִפְתָּח לְפָנָיו וְיִפְתָּח לְפָנָיו וְיִפְתָּח לְפָנָיו
 וְיִפְתָּח לְפָנָיו וְיִפְתָּח לְפָנָיו וְיִפְתָּח לְפָנָיו
 וְיִפְתָּח לְפָנָיו וְיִפְתָּח לְפָנָיו וְיִפְתָּח לְפָנָיו

„venit alius athleta, qui non victus erat, armis indutus iisdem, quibus (indutus) Adamus victus erat. Vidit eum adversarius (antagonista) cum armis victi et gavisus est neque sensit furto celatum esse in medio id, quod eum timentem fecit. Diabolus venit, ut vinceret, sed victus est, quod non

expectaverat.“ cf. III, 42. (cf. Gregor. Nyss. Orat. catech. e: 22 ss.)

Non solum autem diabolum Christus vicit, sed etiam mortem superavit, quae post Adami peccatum imperio homines tenebat; et quidem eo vicit, quod ipse se morti captum dedit, post tres autem dies morte superata ad Patrem rediit. Diabolum mortemque duas homini infestissimas potestates sibi inter se respondententes esse Ephraemus docet, ad quas superandas Christus corpus humanum induisset. Christum descendisse in Scheol mortemque superata Adamum (i. e. genus humanum) in Paradisum reduxisse. Mortis potestas deleta est, moriuntur quidem homines, sed anima ad Deum evolat, cf. III, 280, 281; 303; 304; 321; 351:

ܘܢܘܨܘܢܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ
ܘܢܘܨܘܢܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ
ܘܢܘܨܘܢܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ

„benedictus esto Deus, qui Dilectum suum misit et liberavit genus nostrum a servitute mortis et Satanae. Qui sedet ad dextram Patris misericordiam ejus pro nobis omnibus implorans.“ cf. II, 409. Doctrinae Christum passione mortemque sua sacrificium pro nobis dedisse nullum vestigium nobis occurrit, neque Ephraemus passioni mortemque Christi satis magnam dignitatem attribuit. Quod Christus ad nos descenderit amore factum esse saepe docet. Amorem vel caritatem thesaurarium esse thesauri divini cf. adv. Scrut. Serm. 32:

ܘܢܘܨܘܢܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܘܬܐ

cf. III, 55; 42, 43 etc.

A Christo ad salutem hominum comparandam ecclesiam aedificatam atque sacramenta instituta esse, cf. III, 577, 578, ubi ecclesiam cum Paradiso confert, extra quam nulla salus, et III, 268: „Quod timorem nostrum judicii extremi lenit, est armatura crucis, baptismus et corpus sanguisque Christi,“ cf. III, 24: „recreatio nostra per ignem ac spiritum fit, per panem ac poculum; panis Domini avidum (i. e. diabolum)

כֹּה־נִשְׁמָה׃ וְהַיְהוּדִים הַגֵּוֹלִים הַבְּנֵי־הַיָּם׃ אִם־יִשְׁמָה׃
 *וְהַיְהוּדִים׃

נֶפֶשׁ׃ בְּחַיָּתָא חֲכָמָא׃ וְהַיְהוּדִים הַגֵּוֹלִים הַבְּנֵי־הַיָּם׃
 *אִם־יִשְׁמָה׃ חֲכָמָא׃ חֲכָמָא׃ חֲכָמָא׃ חֲכָמָא׃
 נֶפֶשׁ׃ וְהַיְהוּדִים הַגֵּוֹלִים הַבְּנֵי־הַיָּם׃ חֲכָמָא׃ חֲכָמָא׃
 *חֲכָמָא׃ חֲכָמָא׃ חֲכָמָא׃ חֲכָמָא׃

„mors justorum est pax illa pugnae dolorum corporeorum, qua celebres fiunt athletae, qui accipiunt coronam victoriae. Ab infantia usque ad sepulcrum in colluctationem conjecti sunt prosperi, requiescunt die mortali et cum tempore retributio accedit. Velut vespere ex laboribus requiescunt mortui, donec e mediis sepulcris excitentur et gloriam induant. Mortui a nobis absunt et ab aspectu nostro remoti, doctrina eorum nobis adest, docent nos sicut dormientes. Indumenta tantum deleta sunt corporis, quod morbi dilaceraverunt, anima viva conservatur, sicut est, neque est ei corruptio. Anima Justorum nobiscum est, nobiscum est sermo eorum, sicut viventes nobiscum loquuntur legibus atque doctrinis. Anima est viva ac diserta, conservatur in Eden, corpora eorum in terra conservantur, velut depositum, quod manet responsum.“

Ephraemus igitur docet animas a corporibus sejunctas morte in Scheol descendere (שְׁכוֹל) i. e. locum infernum; ibi autem non diu manere, sed excedere iudiciumque statim adire. Tum iudicio facto justorum animas beatitudine angelorum frui, malorum animas maximis vehementissimisque cruciatibus vexari, cf. III, 236:

וְהַיְהוּדִים הַגֵּוֹלִים הַבְּנֵי־הַיָּם׃ אִם־יִשְׁמָה׃
 *וְהַיְהוּדִים׃

„oritur sol justitiae et expellit tenebras mortis et excedere me sinit ex medio“ cf. III, 242:

אֲנִי וְאַחֵי אֲבֹתַי וְכָל הָעָם אֲשֶׁר בְּיַד יְהוָה
 אֲנִי וְאַחֵי אֲבֹתַי וְכָל הָעָם אֲשֶׁר בְּיַד יְהוָה

„audiui excitationem esse et vidi (mortuos) in Scheol non manere. Rursus audiui ac vidi, fratres, post excitationem esse iudicium.“

Quod iudicium prius, statim post mortem futurum noli confundere cum iudicio illo extremo vel excitationem animarum ex locis infernis cum resurrectine corporum ex sepulcris! Hoc iudicium prius ad animas tantum pertinet, quibus loca quietis attribuuntur. Iudicium fore justissimum, omnes coram Deo aequales esse dignitate, unicuique pro meritis suis retribui, cf. III, 320:

וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם
 וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם

וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם
 וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם
 וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם
 וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם

וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם
 וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם וְהָיָה כִּי יִשְׁפֹּט יְהוָה אֶת הָעָם

„aequalis est tota natura quod attinet ad natum, mortem, exitium, in quibus alter altero neque humilior neque elatior fit. Aequalis est resurrectio hominum, quod omnes simul excitantur. Separatae autem sunt retributiones, quod unicuique juste retribuitur, neque enim sunt aequales in retributione sicut in resurrectione; qualem sibi paravit homo locum in talem transit ibique habitat.“

Bonorum animae in Paradisum volant, Malorum Gehennae cruciatibus castigantur. Paradisi figura Ephraemus tantum utitur, quo facilius hominibus, quae dicere velit, ad oculos demonstrat. Aperte id declarat III, 596. Quod vero etiamsi non dixisset, tamen interpretationem figuralem sequi debemus, quum Paradisum et cum ecclesia (III, 577, 578) et cum libertate hominis (III, 578, 579) compareret et saepe pro figura Paradisi „Jerusalem superius“ ܩܕܝܫܐ ܩܝܡܝܐ , e. g. III, 265, etc.) dicat, ut statum beatum bonorum post mortem significet. In quo depingendo Paradiso Ephraemus sententiam populorum omnium orientalium sequitur, qui eum montem deorum esse docebant, ad Septentrionem versus situm, pulcherrimum. Si sensum, quem figuris ac similitudinibus expressit Ephraemus, respicimus (III, 568; 575; 579; 589; 590 etc.), invenimus ab Ephraemo figura paradisi plenam atque amplissimam beatitudinem significari, qua Angeli, Prophetae, Apostoli, Martyres, Sanctique fruuntur (cf. III, 563; 565). Si igitur Bonos in Paradisum venturos dicit, hac perfecta beatitudine perfruituros docet.

Beatitudinis autem gradus complures statuit, unicuique pro justitia sua beatitudinis modum attribui cf. III, 367:

$\text{ܩܕܝܫܐ ܩܝܡܝܐ ܩܕܝܫܐ ܩܝܡܝܐ ܩܕܝܫܐ ܩܝܡܝܐ}$
 $\text{ܩܕܝܫܐ ܩܝܡܝܐ ܩܕܝܫܐ ܩܝܡܝܐ ܩܕܝܫܐ ܩܝܡܝܐ}$

„nempe ille (deus) attribuit radices (Paradisi) inferioribus, latera mediis, altum superioribus.“ Cf. III, 568:

$\text{ܩܕܝܫܐ ܩܝܡܝܐ ܩܕܝܫܐ ܩܝܡܝܐ ܩܕܝܫܐ ܩܝܡܝܐ}$
 $\text{ܩܕܝܫܐ ܩܝܡܝܐ ܩܕܝܫܐ ܩܝܡܝܐ ܩܕܝܫܐ ܩܝܡܝܐ}$

„terra (Paradisi, i. e. infima pars) poenitentibus est, medium justis, altum celebribus, et habitationi (numini Dei) caput.“

Cf. III, 566, ubi docet portam Paradisi pro dignitate hominis advenientis magis minusve sese apperire.

Item de malis fit, multaque sunt genera termentorum, quibus iniusti cruciantur. Detruduntur in Gehennam ibique poenas varias perpetiuntur cf. III, 243:

וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ :
 וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ :

„commotus misericordia occultavit (Deus) ignem ne mundus
 combureretur, gratia obtexit ignem et bonitate incendium.“
 Basilius Magnus in Hexaem. hom. 3 p. 27 (al. 32) ignem quo
 mundus quondam depertita foret, jam a creatione in mundo
 positum esse docet, ei autem usque ad supremum diem oppo-
 sitam esse ad aquam, quam die illo consumptam iri dicit.

Iudice adveniente tacere omnes, igneos etiam (i. e. an-
 gelos) silere nec supplicare audere, ne una cum Malis con-
 crementur. Rex ille summus sedet in throno igneo, mari
 igneo cinctus, fluvius igneus ex eo prodit totum mundum
 examinaturus. In quo ignis, qui cum hominibus miscetur,
 conservatur, neque ob peccata ejus exstinguitur, liberatus
 est incendio horribili, in quo autem exstinguitur propter
 peccata neque conservatur, is igni conflagratur. Descendit
 deinde Deus cum angelorum legionibus, omnes judicio inter
 sunt. Tuba canit quae mortuos erpexgefavit, cornuque audito
 mortuorum corpora ex sepulcris resurgunt (cf. III, 265;
 267; 275; 335); omnes congregantur, quos mare devoravit,
 quos bestiae dilaceravere, etiam qui jam in utero mortem
 obiere, omnes citantur ad iudicium. Corpora resurgunt ani-
 misque consociantur. Tum Deus iudicare coepit et qualia
 opera uniuicujusque fuerint, talis ei merces erit, sicut in
 iudicio priore. Poenitentia homini nihil utilitatis jam affert,
 nec supplicatio quidquam valet cf. III, 310. Justitia Dei
 illustrissima in hoc iudicio apparet, qui ad dextram stant et
 ad sinistram, boni et mali, beati et damnati, omnes una voce
 justitiam Dei summis laudibus efferunt. Iudicii decreta fir-
 missima sunt nec quidquam eorum mutari potest cf. III, 243:

וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ :
 וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ :
 וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ : וְשֶׁנֶּחֱמָהּ אֵשׁ :



לַשֶּׁמֶשׁ וְלַיָּרֵחַ וְלַכּוֹכָבִים וְלַיָּם וְלַבְּרִיָּה וְלַיַּבֶּשֶׁת וְלַחַיִּים וְלַמֵּתִים :
 חַיִּים וְיָמִים וְלַיָּרֵחַ וְלַכּוֹכָבִים וְלַיָּם וְלַבְּרִיָּה וְלַיַּבֶּשֶׁת וְלַחַיִּים
 וְלַמֵּתִים : לַשֶּׁמֶשׁ וְלַיָּרֵחַ וְלַכּוֹכָבִים .

„hoc decretum iudicii firmum est nec reges solvere possunt,
 non obscura fit lux neque tenebrae nitent. Non cessat laus,
 non quiescit fletus, non perit felicitas, non deficit ignominia.
 Justos lumen, sceleratos ignis circumdat (obumbrat); sitis
 etiam famesque superbis est, bona atque vita jejunantibus;
 corona luminis nobiles exspectat.“

Corporibus cum animis conjunctis die supremo, veram
 demum fore retributionem. Docet Ephraemus enim III, 587
 et 588 neque corpus sine anima, neque animam sine corpore
 esse posse; si anima ex corpore discessisset, corpus mortuum
 esse, item animam corpore egere, ut videat atque audiat.
 Quum in Paradiso, plenae perfectaque beatitudinis sede,
 nulla inopia sit, ad perficiendam justorum beatitudinem
 corpora animis esse reddenda. Malis corpora reddenda esse,
 quo perfectiores sint eorum vexationes.

Quo iudicii die Satanus etiam poenas dabit cf. III, 111;
 342; 638: „hoc iudicium postremum simile erit primo: pro
 Adami peccatis terra expiationem accepit, pro peccatoribus
 Satanus, qui cum exercitu suo ignem haereditate occupavit,
 peccatores misericordiam et caritatem. Diaboli causa ignis
 ab initio creatus est, peccatorum causa caritas, usque ad
 finem fluens.“

Ex quo loco mihi apparere videtur Ephraemum docuisse
 Diabolum concremari ne in posterum pacem beatitudinemque
 regni Dei perturbet. Quamquam eodem jure quisquam ex
 illo loco conjicere potest, Ephraemum sensisse die extremo
 omnibus hominibus a Deo condonari, tamen huic interpre-
 tationi obstant ii loci, quibus sententia expressa invenitur
 malis poenas aeternas esse perpetiendas. Deus illo die ter-
 ram ac coelum renovabit cf. III, 588:

42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968
 969
 970
 971
 972
 973
 974
 975
 976
 977
 978
 979
 980
 981
 982
 983
 984
 985
 986
 987
 988
 989
 990
 991
 992
 993
 994
 995
 996
 997
 998
 999
 1000

„in suscitatione nostra renovabit (Deus) terram coelumque,
 liberabit creaturas, hilarabit eas nobiscum; terrae, matri
 nostrae ignominia erat, qua propter peccatores ei maledixerat
 (Deus), propter justos benedicet eamque nutricem cum filiis
 instaurabit.“

V I T A.

Natus sum Albertus Haase in oppido Tilsit d. XII. mens. Aug. an. 1848, Evangelicae confessioni addictus, Gymnasium Tilsense adii a. 1856, inde testimonio maturitatis instructus a. 1866 Halas me contuli et civibus universitatis ascriptus sum. Semestribus tribus praeteritis Berolinum petii ibique per semestria tria literis theologicis nec non orientalibus operam dedi. Nunc vero examine rigoroso superato et dissertatione et thesibus rite defensis spero fore, ut summi in philosophia honores in me conferantur.



Sc 1976

THESES.

I.

Non probandam esse sententiam eorum, qui libri Jobi prologum epilogumque ab alio scriptum esse dicant ac carmen ipsum.

II.

Ex Coran. Sur. II, vers 23 et 24 effici a Muhamede figuram Paradisi adhibitam esse, quo intelligibilior fiat infirmo hominum captui status beatitudinis post mortem futurae.

III.

Themistoclem plus profuisse Atheniensibus quam Periclem.

IV.

Moralitatem e juris notione non esse excludendam.





D: Dc 1976

ULB Halle

000 887 269

3/1



